Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



33 34

architriclinus et dicit ei. Omnis homo primum bo-
num vinum ponit et cum inebriati fuerint tunc id quod
deterius est tu autem servasti vinum bonum usque adhuc
Hoc fecit initium signorum ihesus in chana galilee: et
manifestavit gloriam suam. Et crediderunt in eum
discipuli eius Off. Jubilate deo omnis terra iubilate deo
omnis terra in psalmum dicite nomini eius venite et audite et nara-
bo vobis omnes qui timetis dominum quanta fecit dominus anime mee alleluia
Oblata domine munera sanctifica nos et a peccatis Secreta
tua nos mundet mysterium. Communio Dixit dominus im-
plete hydrias aquam et ferte architriclino dum gustasset architri-
clinus aquam vinum factam dicit sponso servasti vinum
bonum usque ad huc hoc signum fecit ihesus primum coram discipulis suis
Augeatur in nobis quesumus domine fide tua Complo-
pano. ut dignis vegetati sacramentis ad eorum pervenia-
mus sapienda tua munere perpetuum Dominica tertia
Adorate deum omnes angeli eius audivit et letata est sion
et exultaverunt filie iude ps. dominus regnavit exultet terra. letetur mul-
Ops sepiterne deus in firmitate mentium propitius
tis respice atque ad protegendum nos dextera
tue maiestatis extende. Per. L. e. b. p. a. ad romanos 17
Fratres nolite esse prudentes apud vosmetipsos
nulli malum pro malo reddentes; providentes
bona tantum coram deo. sed etiam coram omnibus
hominibus. si fieri potest quod ex vobis est cum om-
nibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos de-
fendentes karissimi. sed date locum ire. scriptum est enim
mihi vindicatio ego retribuam. dicit dominus. Sed si
esurierit inimicus tuus. ciba illum. si sitit potum da illi
Hoc enim facientes carbones ignis congregabis super ca-